



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

Eminentissimo Reverendissimo ac Celsissimo Principi ac Domino ... Ioanni
Philippo, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

EMINENTISSIMO REVERENDIS-
simō ac Celsissimo Principi ac

DOMINO

DOMINO

IOANNI PHILIPPO,
SACRÆ SEDIS MOGUNTI-
NÆ ARCHIEPISCOPO, SACRI
ROMANI IMPERII PER GERMA-
NIAM Archicancellario, Principi Electori,
nec non Episcopo Herbipolensi, &
Franciæ Orientalis Duci,

DOMINO

SVO CLEMENTISSIMO.

Proposueram non ita
pridem publicæ dis-
ceptionati dum in Al-
ma Græcensium Uni-
versitate versarer, Tra-
ctatum de IUDICIIS, quem cum sa-
pientissimorum ac spectabilium Vi-
rorum consultæ voluntati parens,
)(2 secun-

DEDICATIO.

secundo prælo dare decrevissem, substiti diu, Princeps Elector Eminens-
tissime, anxious, num humilem hunc
conatum meum, absq; quādam te-
meritatis notā, tanto Celsitudinis
Tuæ Nominis subscribere auderem;
enim verò, à proposito vacillantem
retrahebat animum firmissima Tua
ac venerandissima Magnanimitas,
dico, toti Imperio admiranda Maje-
stas; Hæc inquam prohibebat ne
Notissimo — Imperii Lumini,
obscurum Thesum mearum fasci-
culum consecrare præsumerem: sua-
debat vicissim urgens illa Generosissi-
mo sanguini Tuo connata, & ne-
mini non probata Clementia, quā
præterquam quod Orbem univer-
sum in Tui admirationem ac pro-
pensionem trahis, meipsum quoq;
speciali quādam gratiâ lactare digna-
tus es, dum Salisburgi, cum ad aquas

TECUM

((3))

salu-

DEDICATIO.

salubres, anno novissimorum Comitiorum Imperialium, non ablq;
lato & quidem singulari, eiusdem
præcelsæ memoriæ Archepiscopi Pa-
ridis Ladronii, (à cuius sanguine pen-
deo, cuiq; tūc in aula existens, officio
Consistoriali functus, inserviebam)
applausu adventaveras, humillima
obsequia mea ex eiusdem iusatu, Tibi
devotissimè impensa, Clementissi-
mè respicere, ac deinde Ratishcnæ
celssissimam Gratiam Tuam libera-
liſſimè perennaturam offerre non
dedignatus es; Hanc ergo cum eò
magis promereri ac conservare in-
tendam, in obsequentissimi ac nun-
quam ingrati animi signum, sepo-
fitis ambiguitatis motibus, pavide
licet & verecundè, humilem hunc
laborem meum, sub tutissima Ele-
ctoralis Protectionis Tuæ Alâ collo-
care conclusi: nequid temere au-

) (. 3 . sum

DEDICATIO.

fum reor, nam ut ab Eminentissima
Auctoritate Tua modicus hic de Iu-
diciis Tractatus, Lumen quoddam
& incrementum acciperet, jure id
Tuo postulare videbaris; quippe cū
hāc oppellam meam, ob utilitatem
qualem cunq; suām, cogitarem ab-
interitu vindicare, occurrebat vel
maximē Electoralis Celsitudo Tua,
à qua pereñitatem Sibi polliceri pos-
set, ut potè quæ haec tenus, cum om-
nium admiratione, eiusmodi opera
tūm ad Rhenum struxit, tū ad Mo-
num perfecit, tū in Imperio uni-
verso molita est, quæ omnem interi-
ritum casumq; sint exclusura: quin-
imò, dum Te in Altissimo Electora-
tus Fastigio collocatum, ac Imperia-
lis Iustissimæque Cameræ Spirensis
Iudicij supremum Directorem ad-
miror, in Te, tanquam in Throno
pro Majestate residentem, æquissi-
mā

DEDICATIO.

mâbilance cuncta pensitante, ve-
neror ac suspicio DIVINAM IUSTI-
TIAM, Princeps Eminentissime, cui
ut sic æquissimâ ratione ductus, hâc
de iudiciis lucubrationem humili-
mè subscribere volui, ac debui. Nec
spero à peregrino futurum id pere-
grinum, cum pro Clementissimâ, si-
mul ingenitâ Humanitate ac Bene-
volentiâ Tua, etiam peregrina ac ex-
terna de more facere consueisti
domestica. Proinde, Elector Emini-
nentissime, patere, ut sub Augusto
Nomine Tuo, meus hic Academi-
cus, modo in meliorem formam re-
dactus conat' denuò vulgetur, Tua-
que Celsissimâ Electorali Præemi-
nentiâ, tanquam in Se multūm exi-
gu⁹ firmetur; patere, inquam, & hoc
compendiolum disputationis meæ,
tam gratiosâ mente suscipere, quám
humilem animum Benignissimo

) (4 ocu-

DEDICATIO.

oculo, saltem eminùs in tueri, porrò
me Clementissimo Nutu fovere, ac
favere gratiosissimè dignare, pro ut
ego, ut Divina Bonitas Electoralem
Eminentiam Tuam, in totius Imperii
tranquillitatem, Populorum
Tuorum subsidium, Archidiocecesis
ac Ecclesiæ quibus præs, Coronam
& Ornamentum, Antiquissimi Ge-
nerosissimiq; Stemmatis Tui Glori-
am, diu in column servet, impen-
sissimè & devotissimè opto, precor,
voveo. Dabam Spiræ 14. Id: Mart:
Anno à partu Virginis M. DC. LX..

Eminentissimæ
Celsitudinis Tuæ

Æternum devotus.

DONATVS VINCENTIVS

Tabarelli de Fatis, &c.

IN-